Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



nitutis contineri Ecce ego paulus
dico vobis: quia si circumcidamini
Christus vobis nihil proderit.
Testificor autem iterum omni homini
circumcidenti se: quia debitor est
universe legis facere. Evacuati es-
tis a Christo. Qui lege iustificamini
gratia excidistis. Nos enim spiritu
ex fide spem iustitiae expectamus.
Nam in Christo Iesu neque circumcisio ali-
quid valet neque praeputium: sed fides
quae per caritatem operatur. Currebatis
bene. Quis vos impedivit veri-
tati non obedire. Nemini consen-
tiatis. Persuasio haec non est ex eo: qui
vocavit vos. Modicum fermentum to-
tam massam corrumpit. Ego con-
fido in vobis in domino quia nihil aliud
sapietis. Qui autem conturbat vos
portabit iudicium quicumque est. Ille.
Ego autem fratres si circumcisionem ad-
huc praedico: quid adhuc persecutionem
patior. Ergo evacuatum est scandu-
lum crucis. Utinam et abscidantur qui
vos conturbant. Vos enim in libertate
vocati estis fratres tantum
ne libertatem in occasionem detis car-
nis: sed per caritatem spiritus ser-
vite invicem. Omnis enim lex in uno
sermone impletur in hoc diligies proxi-
mum tuum sicut te ipsum. Quod si invicem mor-
detis et comedetis et videte ne
ab invicem consumamini. Dico autem
in Christo Spiritu ambulate: et de-
sideria carnis non perficietis. Caro
enim concupiscit adversus spiritum
spiritus autem adversus carnem. Haec
enim sibi invicem adversantur: ut
non quaecumque volueritis illa faciatis.
Quod si spiritu ducimini non estis sub
lege. Manifesta autem sunt opera car-
nis: quae sunt fornicatio immundi-
cia. impudicitia. luxuria. idolo-
rum servitus. veneficia. inimicitiae.
contentiones. emulationes. iras
rixae. dissensiones. sectae. invidiae.
homicidia. ebrietates. comessationes
et his similia: quae praedico vobis sicut
praedixi: quoniam qui talia agunt regnum
dei non consequentur. Fructus autem
spiritus est caritas. gaudium. pax. pa-
tientia. benignitas. bonitas. longanimitas.
mansuetudo. fides
modestia. continentia. castitas. ad-
versus huiusmodi non est lex. Qui autem
sunt Christi carnem suam crucifixerunt
cum vitiis et concupiscentiis.

Si vivimus spiritu: spiritu
et ambulemus. Non efficia-
mur inanis gloriae cupi-
di. invicem provocantes: invicem
invidentes. Fratres: et si praeoccupa-
tus fuerit homo in aliquo delicto
vos qui spirituales estis huiusmodi
instruite in spiritu lenitatis: conside-
rans te ipsum ne et tu tentaris. Alle-
alterius onera portate: et sic
adimplebitis legem Christi. Nam si
quis existimat se aliquid esse cum
nihil sit: ipse se seducit. Opus
autem suum probet unusquisque: et sic
in se tantum et non in altero gloriam habe-
bit. Unusquisque enim onus suum portabit. Com-
municet autem verbum qui catechizatur
verbo: ei qui se catechizat in omni-
bus bonis. Nolite errare. Deus
non irridetur. Quae enim seminaverit
hominem haec et metet. Quoniam qui
seminat in carne sua de carne et
metet et corruptionem. Qui autem se-
minat in spiritu: de spiritu me-
tet vitam aeternam. Bonum autem fa-
cientes non deficiamus: tempore
suo metemus non deficientes.
Ergo dum tempus habemus operemur
bonum ad omnes. maxime autem
ad domesticos fidei. Videte qua-